Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ezechiel

factum est uerbum domini ad me
dicens· fili hominis dic pharaon
regi egypti et populo eius cui simi
lis factus es in magnitudine tua
Ecce assur quasi cedrus in libano
pulcher ramis et frondibus nemo
rosus· excelsus et altitudine et inter
condensis frondes elevatum est ce
acumen eius· atque nutrierunt eum
abyssus exaltaverunt illum· flumina
eius vigebant in circuitu radi
cum eius· et rivos eius emisit ad
universa lignia regionis· Propter
ea elevata est altitudo eius super
omnia lignia regionis· et multi
plicata sunt arbusta eius· et elevati
sunt rami eius pre aquis multis
Cumque extendisset umbram suam
in ramis eius fecerunt nidos omnia
volatilia celi· et sub frondibus eius
generaverunt omnes bestie silvarum
et sub umbraculo illius habitabat ce
tus gentium plurimarum· Erat
et pulcherrimus in magnitudine
sua et in dilatatione arbusculorum su
orum· Erat enim radix illius iuxta
aquas multas· et cedri non fuerunt
altiores in paradiso dei· Abietes non
adequaverunt summitatem eius
et platani non fuerunt equales fron
dibus illius· Omne lignum para
disi dei non est assimilatum illi et
pulchritudini eius· quam speciosum
fecit eum· multisque condensis et fron
dibus· Et emulata sunt eum om
nia ligna voluptatis que erant in
paradiso dei· Propterea hec dicit dominus
deus· Pro eo quod sublimatus est
in altitudine· et dedit summitatem
suam in condensum· et elevatum
est cor eius in altitudine sua· nunc
tradidi eum in manu fortissimi gen
tium· faciens faciet ei· iuxta im
pietatem eius· et eieci illum et succi
dent eum alienigene et crudelissimi na
tionum· et proiicient eum super mon
tes· et in cunctis convallibus corui
ent rami eius· et confringentur
arbusta eius in universis ripis
terre· et recedent de umbraculo eius
omnes populi terre· et relinquent
eum· In ruina eius habitaverunt
omnia volatilia celi· et in ramis eius
fuerunt omnes bestie regionis·
Quam ob rem non elevabuntur
in altitudine sua omnia lignia
aquarum· neque ponent sublimita
tem suam inter nemorosa arborum
nec stabunt in sublimitate
eorum omnia que irrigantur aquis
quia omnes tradite sunt in morte
ad terram ultimam in medio fili
orum hominum ad eos qui descen
dunt in lacum· Hec dicit dominus
deus· In die quando descendit ad
inferos indixi luctum· Operui eum
abysso· et prohibui flumina eius
Et coercui aquas multas· Contri
stus est super eum libanus· et omnia
lignia agri concussa sunt super
illum ruine eius· Commoui gentes
cum deducerem eum ad infernum
cum his qui descenderunt in lacum
Et consolata sunt in terra infi
ma omnia lignia voluptatis· E
gregia atque preclara in libano om
nia·

97